

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0745

0743

0749

0739

0754

172
mali, dum hominem ad hoc vitium perpetrandum incitaverunt,
et dum ad actum procedit, longius ab eo fugiunt. O detesta-
bile peccatum, o inauditum nefas, o mutuum vitium et pariter
clamorosum! Cujus punitio usque ad necem innocentum pue-
rorum descendit, cuius locutio aërem inficit, elementa polluit,
angelos fugat, humanum genus deformat, coelum quodammodo
inquietat! Genes. 18., Deum de coelo ad celeriter puniendum
evocat, dilationem salutiferae incarnationis Domini per tot
millia annorum causat; incarnari enim Deum distulisse dicunt
propter abominationem sodomiae, in humano genere repertae,
propter quod in ipso momento dulcissimae nativitatis Domini
omnes sodomitae per universum mundum subita morte sunt
extincti.

0734

0794

0694

0844

0644

0244

Deinde viso mari mortuo vidimus in parte nostra in littore
maris, respiciendo contra australe latus locum, in quo stabat
statua salis, in quam conversa fuit Melaseda, uxor Loth, pro
eo, quod retrospexit contra angeli prohibitionem, cum adure-
retur regio illa impiorum. Stabat autem inter Segor et mare.
Est autem statua illa lapidea, de albo marmore, quae dicitur
adhuc stare, sed mari coopertam esse nunc asserunt. Quando
autem in litore stabat, ad eam bestiae congregabantur, (B)
et lambebant sal de ea. Sunt enim praeter hanc statuam in
eadem regione multae rupes et petrae salinae. De illa statua
salis Melasedae habetur Genes. 19. Et Josephus dicit, se eam
vidisse. Nos quidem vidimus locum, spatium medium inter
mare et montem Segor, sed ipsam videre non potuimus, nec
adeo prope stabamus, quod rupem hominis quantitatem haben-
tem discernere possemus. Vidimus tamen eam certa fide, quia
Scripturae de ea loquenti credidimus, et locum ipsum contem-
plabamur curiosius, et prodigium hujus stupenda et admiran-
dae statuae ammirabamur. Manifesto autem signo cognovimus,
quod in omni ente manet dispositio obedientialis, propter quam
plasmator ex ea facere potest, quidquid vult. Sicut enim
potens est Deus de lapidibus suscitare filios Abrahae, sic pot-
est etiam facere lapidem. Quia enim mulier illa contra Do-
mini praeceptum retrospexit, naturae munus perdidit et lapis
facta homo esse desiit. Hoc dictum non modicam habet dif-
ficultatem tam apud philosophus quam apud theologos, quam

Ende

Anfang

